



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Quotuplici fine ad communionem Eucharisticam accedendum sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

VIDUITATIS.

8.

qui ceteros præstantia ac dignitate excellat? verbi causa potest quispiam indagare virtutem, aut desiderio naturali, quo ad illam perpendet, aut studio placendi Deo. Ac tanta est distantia inter vnum finem & alterum, neuriquam vs explicare sit: tantò illustrior vnus altero, quanto solis splendor superat exiguam lucem candelæ, quanto oceanus guttam toris, quanto amplitudo cœli exilitatem granis sinapis

Quo triplici fine ad communionem Eucharisticam accedendum sit.

Primò vt satis fiat beneplacito Diuinae Maiestatis. Secundò. Vt semper vniti cum illo scimus, qui hac de causa diuinum illud Sacramentum instituit, ac proinde vsurpare verbum Apostolis: Quis me separabit à charitate Christi? hoc quippe mirificè placet Deo.

Tertio, vt cœcipiamus Spiritum Christi. Spiritum inquam humilitatis, & obedientiæ, charitatis ac patientiæ, benignitatis & contemptus sæculi, & veraciter pronuntiemus: Vivo ego, iam nõ ego, sed viuit in me Christus, idque vt placamus Deo.

Quæ

Quartò ad recolendam passionem Christi, vt cum Paulo non gloriemur nisi in cruce domini nostri per quem ipse mūdo crucifix⁹ erat, & Mūdo illi. Id quoque, vt placeamus Deo.

Quintò, vt liberemur ab angustijs tribulationum, & exaltare queamus dexteram excelsi, & que complacere.

Sextò, Pro animabus in purgatorio detentis; nam & hoc Deo placens atq; acceptum est.

Septimò, Ad satisfaciendum pro peccatis, vitandum purgatorium, apprehendendum tantò citius coronam beatitudinis, & laudandum Deum. Similiter istud placet.

Octauò, Ad consequendum aliquod beneficium.

Nonò, Ad ostendendum gratitudinem pro beneficijs iam acceptis, quia non reperias gratius bonum, quod Deo offeratur.

Decimò, Ad latificandum vaiuersitatem Ecclesie triumphantis.

Vndecimò, Ad consolationē animę. Duodecimò, vt armemur & animemur ad pugnam spiritualem contra Mundum & Sathanam.

Vltimò, Vt bono exemplo proximos nostros, non sine augmento glorię diuine edificemus.

Oration